2. Et petit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas...

3. Et cum iter faceret, contigit ut appropinquaret Damasco...

4. Et cadens in terram, audivit vocem dicentem sibi: Saule, Saule...

5. Qui dixit: Quis es, Domine? Et ille: Ego sum Jesus, quem tu persequeris...

6. Et tremens ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere?

7. Et Dominus ad eum: Surge, et ingredere civitatem, et ibi dicitur tibi quid te oporteat facere...

8. Surrexit autem Saul de terra, apertisque oculis, nihil videbat...

9. Et erat ibi tribus diebus non videns, et non manducavit, neque bibit.

10. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias...

11. Et Dominus ad eum: Surge, et vade in vicum qui vocatur Rectus...

12. (Et vidit virum Ananiam nomine introeuntem, et imponentem sibi manus ut visum recipiat.)

13. Respondit autem Ananias: Domine, audivi à multis de viro hoc...

et quidem tanquam precursor Matthæi. In quo interpretantur nonnulli illud psalmi 67: Æthiopia præveniet manus ejus Deo...

Pertransiens, lustrans, peragrans oram illam. Cesarea, Cesaream Palaestine...

CHAPITRE IX

1. Cependant Saul ne respirant encore que menaces et que carnage...

2. Et lui demanda des lettres pour les synagogues de Damas, afin que s'il trouvoit quelques personnes de cette secte...

3. Mais comme il fut en chemin, et qu'il approchoit de Damas...

4. Et étant tombé par terre, il entendit une voix qui lui disoit: Saul, Saul, pourquoi me persécutez-vous?

5. Il répondit: Qui êtes-vous, Seigneur? Et le Seigneur lui dit: Je suis Jésus...

6. Alors tremblant et effrayé, il dit: Seigneur, que voulez-vous que je fasse?

7. Le Seigneur lui répondit: Levez-vous, et entrez dans la ville; et là on vous dira ce qu'il faut que vous fassiez...

8. Saul ensuite se leva de terre; et ayant les yeux ouverts, il ne voyoit point...

9. Or il fut trois jours sans voir, et il ne mangeoit ni ne buvoit.

10. Or il y avoit à Damas un disciple nommé Ananie, à qui le Seigneur dit dans une vision...

11. Le Seigneur lui dit: Levez-vous, et vous en allez dans la rue qu'on appelle Droite...

12. (Et à un même moment Saul voyait en vision un homme nommé Ananie, qui entra, et lui imposait les mains, afin qu'il recouvrât la vue.)

13. Ananie répondit: Seigneur, j'ai entendu dire à plusieurs combien cet homme a fait de maux à vos saints dans Jérusalem.

BIBLIOTHECA CENTRALIS UNIVERSITATIS TORONTO

14. Et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui invocant nomen tuum.

15. Dixit autem ad eum Dominus : Vade, quoniam vas electionis est tibi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, et regibus et filiis Israël.

16. Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.

17. Et abiit Ananias, et introivit in domum; et imponens ei manus, dixit : Saul, frater, Dominus misit me Jesus, qui apparuit tibi in viâ quâ veniebas, ut videas, et implearis Spiritu sancto.

18. Et confestim ceciderunt ab oculis ejus tanquam squamæ, et visum recepit; et surgens baptizatus est.

19. Et cum accepisset cibum, confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci per dies aliquot.

20. Et continuò in synagoga prædicabat Jesum, quoniam hic est Filius Dei.

21. Stupelabant autem omnes qui audiebant, et dicebant : Nomen hic est qui expugnabat in Jerusalem eos qui invocabant nomen istud; et hûc ad hoc venit, ut vinceret illos ducret ad principes sacerdotum ?

22. Saulus autem multò magis convalescebat, et confundebat Judeos qui habitabant Damasci, afflicmans quoniam hic est Christus.

23. Cum autem impleverit dies multi, consilium fecerunt in unum Judei, ut eum interficerent.

24. Notæ autem factæ sunt Saulo insidiæ eorum : custodiabant autem et portas die ac nocte, ut eum interficerent.

25. Accipientes autem eum discipuli nocte, per murum dimiserunt eum, submittentem in sporta.

26. Cum autem venisset in Jerusalem, tentabat se jungere discipulis, et omnes timebant eum, non erodentes quòd esset discipulus.

27. Barnabas autem apprehensus illum, duxit ad apostolos, et narravit illis quomodo in viâ vidisset Dominum, et quia locutus est ei, et quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Jesu.

28. Et erat cum illis intrans et exiens in Jerusalem, et fiducialiter agens in nomine Domini.

29. Loquebatur quoque gentibus, et disputabat cum Grecis; illi autem querebant occidere eum.

30. Quod cum cognovissent fratres, deduxerunt eum Cesarem, et dimiserunt Tarsum.

31. Ecclesia quidem per totam Judæam, et Galilæam et Samariam, habebat pacem, et ædificabatur ambulans in timore Domini, et consolatione sancti Spiritus replebatur.

32. Factum est autem ut Petrus, dum pertransiret universos, deveniret ad sanctos qui habitabant Lyddæ.

33. Invenit autem ibi hominem quemdam, nomine Æneam, ab annis octo jacentem in grabato, qui erat paralyticus.

34. Et ait illi Petrus : Ænea, sanat te Dominus Jesus Christus : surge, et sterne ibi. Et continuò surrexit.

35. Et viderunt eum omnes qui habitabant Lyddæ et

14. Et même il a reçu le pouvoir des princes des prêtres, pour emmener prisonniers tous ceux qui invoquent votre nom.

15. Le Seigneur lui répondit : Allez, parce que cet homme m'est un vase d'élection pour porter mon nom devant les gentils, devant les rois et devant les enfants d'Israël;

16. Car je lui montrerai combien il faudra qu'il souffre pour mon nom.

17. Ananie donc s'en alla; et étant entré dans la maison, il lui imposa les mains, et lui dit : Saul, mon frère, le Seigneur Jésus, qui vous est apparu dans le chemin par où vous veniez, m'a envoyé, afin que vous recouvriez la vue, et que vous soyez rempli du Saint-Esprit.

18. Aussitôt il tomba de ses yeux comme des écailles, et il recouvra la vue; et s'étant levé, il fut baptisé.

19. Ayant ensuite mangé, il reprit ses forces, et il demeura quelques jours avec les disciples qui étaient à Damas.

20. Et aussitôt il prêcha dans les synagogues que Jésus était le Fils de Dieu.

21. Tous ceux qui l'écoutaient étaient dans l'étonnement, et disaient : N'est-ce pas la celui qui persécutait si cruellement dans Jérusalem ceux qui invoquaient ce nom, et qui est venu ici pour les emmener prisonniers aux princes des prêtres ?

22. Mais Saul se fortifiait de plus en plus, et confondait les Juifs qui demeuraient à Damas, leur montrant que Jésus était le Christ.

23. Longtemps après, les Juifs résolurent ensemble de le faire mourir.

24. Mais Saul fut averti de ce qu'ils machinaient contre lui; et comme ils le faisaient garde jour et nuit aux portes pour le tuer,

25. Les disciples le prirent, et le descendirent durant la nuit par la muraille dans une corbeille.

26. Etant ainsi venu à Jérusalem, il cherchait à se joindre aux disciples, mais tous le craignaient, ne croyant pas qu'il fut disciple.

27. Cependant Barnabé l'ayant pris, le mena aux apôtres, et leur raconta comment le Seigneur lui était apparu dans le chemin, et ce qu'il lui, avait dit, et comment depuis il avait parlé fortement, dans la ville de Damas, au nom de Jésus.

28. Saul demeura donc à Jérusalem, vivant avec eux, et parlant avec force au nom du Seigneur.

29. Il parlait aussi aux gentils, et disputait avec les Grecs; or, ceux-ci cherchaient à le tuer.

30. Ce que les frères ayant reconnu, ils le menèrent à Césarée, et l'envoyèrent à Tarse.

31. Cependant l'Eglise était en paix per toute la Judée, la Galilée et la Samarie; elle s'étalifiait, marchait dans la crainte du Seigneur, et était remplie de la consolation du Saint-Esprit.

32. Or il arriva que Pierre visitant tous les disciples, vint aussi voir les saints qui habitaient à Lyddæ.

33. Il y trouva un homme nommé Ênée, qui, depuis huit ans, était couché sur un lit, étant paralytique.

34. Et Pierre lui dit : Ênée, le Seigneur Jésus-Christ vous guérit : levez-vous, faites-vous-même votre lit. Et aussitôt il se leva.

35. Tous ceux qui demeuraient à Lyddæ et à Sa-

Sarona; qui conversi sunt ad Dominum.

56. In Joppe autem fuit quedam discipula, nomine Tabitha, que interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis, et elemosynis quas faciebat.

57. Factum est autem in diebus illis, ut infirmata moreretur. Quam cum lavissent, posterunt eam in coenaculo.

58. Cum autem propè esset Lydda ad Joppen, discipuli audientes quia Petrus esset in eâ, miserunt duos viros ad eum, rogantes : Ne pigriteris venire usque ad nos.

59. Exurgens autem Petrus, venit cum illis. Et cum advenisset, duxerunt illum in coenaculum; et circumsteterunt illum omnes viduæ flentes, et ostendentes ei tunicas et vestes, quas faciebat illis Dorcas.

40. Ejectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua oravit; et conversus ad corpus, dixit : Tabitha, surge. At illa aperuit oculos suos; et viso Petro, resedit.

41. Dans autem illi manum, erexit eam. Et cum vocasset sanctos et viduas, assignavit eam vivam.

42. Notum autem factum est per universam Joppen; et erodierunt multi in Domino.

43. Factum est autem, ut dies multos moreretur in Joppe, apud Simonem quemdam coriariam.

VERS. 1. — SAULUS AUTEM ADHUC SPIRANS MISERIAM, etc. Nèpè demùm conversus est, ut rectè supputat Baron, biennio post mortem Christi, anno integro, et quod excurrit (à 26 decembre. usque 25 jan.) post lapidationem Stephani, ætatis suæ anno trigesimo quinto. Qui deinde predicavit annis triginta tribus, et denique anno ætatis suæ 68, qui fuit 13 Neronis, passus est.

VERS. 5. — ET SUBITO CIRCUMFULSIT EUM LUX DE CÆLO. Oportuit lucem hanc magnam fuisse, quia lumen mediæ diei (in quâ hæc acta esse narratur infra, cap. 22) suo splendore superavit. De eâ alio sensu Ambros., serm. 14 : Et magna quidem lux. Denique lucernæ Pauli lumen evanuit (legis scilicet veteris) ubi divinus lucis splendor emicuit. Ita ut, juxta Ambros., Paulus hic etiam intus lumen accepit. Sic et August., de sua conversione, 8 Confes., c. 1 : Inherens præcordiis verba tua, et undique circumvallabar abs te. Hæc August.

VERS. 5. — EGO SIM JESUS QUEM TU PERSEQUERIS. DURUM EST TIBI CONTRA STIMULUM CALCITRARE. Quasi dicat : Me inspirante cor tuum, tu potes quidem (ut concil. Trid., sess. 6, cap. 8, loquitur) inspirationem

VERS. 2. — In Damascum, eò quòd multos ex dispersis in necè Stephani eò confugisse audisset.

Ad synagogas, quibus ex regis Damasci concessionæ permittebatur, ut sive gentilis hominibus jus dicerent. Vide 3 Reg. 20, 24 : Fac tibi placas, etc.

Hujus viæ viros, id est, hujus instituti, scilicet Christi sectatores.

VERS. 4. — Et cadens in terram, percussus, et quasi sideratus à luce Christi fulgurante.

Auditivè vocem. Hebraicâ linguâ, ut refert Paulus

rone, le virent, et se convertirent au Seigneur.

56. Il y avait aussi à Joppé, entre les disciples, une femme nommée Tabitha, en grec, Dorcas. Elle était remplie de bonnes œuvres, et elle faisait des aumônes abondantes.

57. Or il arriva en ce temps-là, qu'étant tombée malade, elle mourut; et après qu'on l'eut lavée, on la mit dans une chambre haute.

58. Mais comme Lyddæ était près de Joppé, les disciples ayant appris que Pierre y était envoyèrent vers lui deux hommes, pour le prier de venir promptement jusque chez eux.

59. Et Pierre se levant, s'en alla avec eux. Lorsqu'il fut arrivé, ils le menèrent dans la chambre haute; et toutes les veuves se mirent autour de lui en pleurant, et lui montrant les robes et les habits que Dorcas leur faisait.

40. Pierre ayant fait sortir tout le monde, se mit à genoux, et pria; puis, se tournant vers le corps, il dit : Tabitha, levez-vous. Elle ouvrit les yeux; et, ayant regardé Pierre, elle se mit sur son séant.

41. Alors Pierre lui donnant la main, l'aida à se lever; et ayant appelé les saints et les veuves, il la leur rendit vivante.

42. Ce miracle fut su de toute la ville de Joppé; et plusieurs crurent au Seigneur.

43. Or Pierre demeura assez longtemps à Joppé, chez un corroyeur nommé Simon.

## COMMENTARIA.

abjicere, sive mihi excitanti et vocanti dissentire (nam et eâ phrasi utitur idem concil., eadem sess., can. 4), sed id durum tibi et noxium, propria scilicet conscientie oblectari. Itaque morem gere divina gratia te excitanti. Dicit quidem August., lib. de Prædest. sanctorum, cap. 8 : Hæc gratia, quæ oculi humanis cordibus divina largitate tribuitur, à nullo duro corde respicitur; idèò quippe tribuitur, ut cordis duritia auferatur. Sed quomodò illud intelligendum sic explicat idem August., tum alibi, tum à ad Bonif., c. 6, dicens : Reluctanti prius aditus divinæ gratiæ ipsâ vocationis gratiâ procuratur; et in illo jam non reluctante spiritus divinæ virtutis accenditur. Hæc Augustin. Gratia igitur relinquit adhuc hominem in manu consilii sui, ipsum tamen sic preparat et excitat, ut consilio suo, quia sic preparatus est, non abutatur. Atque adeò voluntatum nostrarum ista preparatio ab eâ quæ fuit ante lapsum non differt adjuvandi ordine, sed tantum gradu. Nam prima preparabat voluntatem ut faceret, si vellet (quæ scilicet gratiâ per liberum arbitrium tantum adjectum bene usi sunt angeli qui steterunt), hæc verò voluntatem preparat et excitat in super, ut velit, et usque dum velit, dicente Augu-

infra, c. 26, 14; et c. 22, 9, asserit se solum hæc vocem audivisse, non autem comites suos.

Quid me persequeris? Corpus enim mysticum Christi est Ecclesia, membra autem fideles ipsi, quos qui persequitur, Christum persequitur.

VERS. 3. — Quis es, Domine? Videbat Christum, sed confusus, interrogat ergo quisnam sit. Vidisse Christum habemus infra.

VERS. 6. — Tremens ac stupens. Ad tantam lucem, vocem increpantem, majestatem et potentiam, quâ

sino, 8 Confess., cap. 5 : Stimulus internis excitabas me, ne rursus cessarem. Ita August.

VERS. 7. — SURGE, ET INGREDERE CIVITATEM, ET DICETUR TIBI QUID TE OPORTEAT FACERE. Augustinus, de Doct. christ., in prologo : Ne nolimus scilicet ire in ecclesias, aut expectemus à Christo potius quam ab hominibus audire Evangelium. Sed caveamus tales tentationes superhissimas, magisque cogitemus et ipsum Paulum, licet celesti voce prostratum et instructum, ad hominem tamen missum esse et Sacramenta perciperet; centurionem quoque Cornelium Petro traditum instruendum. Hæc August. Itaque in civitate dicendum erat Pauli ut Sacramenta perciperet et copularetur Ecclesie. Idque ut aliqua saltem in parte etiam circa Paulum servaretur ordinaria lex, quæ Deus constituit homines per homines erudire. Sed quoad reliqua, ipse de singulari prerogativa dicit ad Galat. 1 : Evangelium neque ab homine accepi, neque didici, sed per revelationem Iesu Christi. Sequitur : AUDIENTES QUIBEM VOCEM, SEMINEM AUTEM VIDENTES. De hoc Oecumenius : Audientes quidem vocem, non eam quæ desuper delapsa erat, sed Pauli vocem, ut Paulus ipse in sequentibus cap. 22, exponit. Ita Oecumenius. Sic scilicet ibi legitur : *Et qui mecum erant lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt ejus qui loquebatur necum.*

VERS. 9. — ET ERAT TRIBUS DIEBUS NON VIDENS, ET NON MANUCAVIT, NEQUE BIBIT. Multi arbitrantur hæc de causâ, quia Saulus fuerit in raptu, de quo 2 Cor. 12. Sed id in Annalibus suis, ad annum Christi 56, refellit Baronius ex supputatione annorum. Epistola enim illa secunda ad Corinthios à Baronio ostendit scripta esse anno vigesimo secundo à conversione Pauli, in illâ autem Epistola, dicto c. 12, dicit apostolus se raptum fuisse ante annos quatuordecim. Ergo raptus non potuit contigisse hoc triduo, sed octo annis postea, ut additis ad eos annos 14 (de quibus ad Corinth. conficiatis annos 22 à conversione Pauli, in quorum fine datam ostendit secundam ad Corinth. Itaque Chrysostomus et Oecumenius arbitrantur Saulum triduo non manducasse vel bibisse in quamdam sui castigationem, ratione peccati in Christum et Ecclesiam per persecutionem admissi. Chrysostomi hæc se in terram deiectionem videbat.

*Domine, quid me vis facere?* Sunt verba anime plane compuncti, et se totum Dei voluntati permittentis.

VERS. 7. — *Civitatem, Damascus.*

VERS. 8. — *Ad manus trahentes, manu ducentes, ut ceeci solent.*

VERS. 10. — *Ananias.* Fuit hic inter fideles insignis, ait S. Chrysostomus, imò ipse Paulus, infra, c. 22, 12. In visis, fortasse tempore nocturnæ quietis.

VERS. 11. — *Ece enim orat;* quasi dicat : Ne timeas adire Saulum paulo ante persecutorem Ecclesie, jam enim ex lupō factus est agnus, et nunc vacat orationi.

VERS. 12. — *Et vidit virum,* etc. Hic versus parenthesis includitur, continet enim verba, non Christi loquentis ad Ananiam, sed Lucæ historici referentis quid orandi Saulo visum sit, eo tempore quo ad ipsum Ananiam mittebatur. Ideo autem Saulo hæc visio oblata est, ut mox veniente Anania, ex ejus voce et specie, quam in visione viderat, ab eo illuminatus eum agnosceret,

1216  
sunt verba : Quare autem non comedit, neque bibit? Compegebatur se propterea quæ fecerat, confitebatur, precabatur, orabat Deum, sicut sequitur : *Ece enim orat.* Hæc Chrysost.

VERS. 11. — *ET QUERE SAULUM NOMINE TARSENSEM.* Tarsensem dicit nativitate. Ipse enim infra, c. 22, de se dicit : *Natus in Tarsu Cilicie.* Quæ provincia cum gentiliu sit, dicebant hinc, teste Epiphano, hæresis 50, Ithonite, Paulum nativitate gentilem fuisse, exinde proselytum. Sed id non sequi ostendit Epiph., quia Paulus, ad Philipp. 3, dicit se esse ex Hebrais Ibero-aram; et tamen Tarsensem esse, quia à persecutione Antiochi, auctore eodem Epiphano, vel etiam aliis de causis, ex Judæa multi migraverant in alienigenarum regiones in quibus secundum legem inibat conjugia, et generatos filios educabant in religione Judaicâ. Quod ergo Hieron., in Catalog. script. ecclies., dicit Paulum Giscalis, in Galat. natum, et dictum esse Tarsensem ab educatione, dicit ex aliorum sententiâ, quam ipsemet, epist. ad Philemon., fabulam dicit, ut recte notavit Baronius.

VERS. 15. — *VADE QUONIAM VAS ELECTIONIS EST MIHI ISTE.* De hoc Hieron., epist. 105 : Cur Paulus dicitur vas electionis? Nempe quia vas legis, et sacretarium Scripturarum armarium. Et Aug., l. 22 contra Faustum, c. 70 : Illa Pauli sævitia cum secundum constitutionem paternæ legis persequeretur Ecclesiam, putans officium Deo se facere, tanquam silvestre erat vitium, sed magnæ fecunditatis indicium. Hæc illi de materiâ eligibili, nequaquam autem de causâ vel merito electionis; hæc enim Paulus ubique docet esse merè gratuitam, maxime ad Galat. et ad Rom. Hinc Ambros., de Benedict. patriarch., cap. ult. : Paulus vas electionis est factus, non enim aliter nisi misericordione Dei conversus est. Sic ille.

VERS. 16. — *EGO ENIM OSTENDAM ILLI, QUANTA OPORTEAT EUM PRO NOMINE MEO PATI.* Hic illud perinet ipsius Pauli infra, cap. 20, v. 25 : *Quæ ventura sint mihi, ignorans, nisi quod Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur, dicens : Quoniam vincula et tribulationes Jerusalem me manent.* Atque adeo hæc passurus dicitur hoc loco pro nomine Christi, id est, quia eum fuerat persecutus. De quo ita August., in et recipere quasi à Deo se missum.

VERS. 15. — *Quantâ mala, quâ multa, et quâ gravia mala.*

*Sancitis tuis, fidelibus tuis.* Vide infra, v. 52.

VERS. 14. — *A principibus sacerdotum;* à summo sacerdote, v. 4, aliusque viris è Sanhedrio, in quo plerique è classe sacerdotum, principibus. Copiam illi fecerant detinendi trahendique Hierosolymam omnes quosque invocabant nomen Jesu Christi, illum Dei Filium et Messiam agnoscentes. Pinius, de Christianis scribens ad Trajanum, ait consuisse illos, statuto die ante lucem convenire, carneque Christo quasi Deo dicere secum intente. (Calmet.)

VERS. 15. — *Ut portet nomen meum,* factus præcedit Evangelium.

VERS. 17. — *Et abiit Ananias.* Ad exsequendum Domini mandatum. *Et implevit Spiritu.* Per augmentum gratiæ in baptismo.

*Et impones ei manus, dixit : Saulus frater : Dominus*

ult. cap. ad Galat. : Paulus, inquit, vibices suarum passionum appellat stigmata, quia nota penarum servilium daturum ob noxam, proprie dici solent stigmata. Propter culpam enim persecutionis, quæ persecutus erat Ecclesiam Dei, hæc sibi retribui cognoverat, sicut dictum erat Ananie : *Ego ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Hæc Augustinus.

VERS. 18. — *ET CONFESTIM CEDIDERUNT AB OCULIS EJUS TANQUAM squamæ.* Per squamarum similitudinem, auctore Gregorio, 55 Moral., c. 51, significabatur quod duritiâ quâ paternis traditiones propugnaverat, oculis ipsis interioribus impedimentum obdixerit, ne lumen veritatis aspiceret. Et convenienter. Nam ad designandam diaboli duritiam et obstinationem, dicitur de eo, Job 51 : *Corpus ejus scuta fusilia, compactum squamis se prementibus.* Quin has Sauli squamas Hieron., in c. 27 Ezechielis, existimat fuisse quasi draconis, fortasse quia illa reliquis duriores, eò quod draco non perpetuo degat in aquis corpora mollientibus. Et SERGENS BAPTIZATUS EST. Infra, cap. 22, v. 16, dicit sibi dixisse Ananiam : *Exsurge, et baptizare, et abluere peccata tua.* Ergo Saulus hucusque erat in peccatis. Habebat quidem etiam ante baptismum Spiritum sanctum sibi assistentem, et variis modis in eo operantem et preparantem, sed non inhabitantem, nisi postea, acceptâ per baptismum simul remissione peccatorum. Unde illud ad Titum 3 : *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde, ad justitiam gratiâ ipsius habentes simul secundum speciem vitæ æternæ.* Observa etiam quod dicitur in plurali, *peccata tua*, quod evidens argumentum est, baptismum non tantum originale peccatum, sed omnia omnino peccata usque ad baptismum admissa abluere.

VERS. 22. — *SAULUS AUTEM MULTO MAGIS CONVALESCERAT, AFFIRMANS QUONIAM HIC EST CHRISTUS.* Ille ipse nimirum, qui à Judæis hætenus est expectatus. De eo Basil., in psalm. 48, verba illa psalmi : *Hæc via illuminasti me, ut videas, et implearis Spiritu sancto.* Hic non significatur, quod Saulus per impositionem manuum Ananie fuerit impletus Spiritu sancto. Nam Ananias cum non esset episcopus, potestatem non habebat impositionis manuum ad accipiendum Spiritum sanctum, ut intelligi potest ex capite proxime præcedenti, de Philippo. Deinde ad illum effectum manus non debuit imponi ante baptismum; sed impositio manuum facta est tantum ad hoc, ut visum Saulus reciperet.

Ita enim supra dicitur : *Et vidit virtum Ananiam nomine, introitum et impositionem sibi manus, ut riam recipiat.* Fuit enim hæc impositio manuum ejusmodi, de qua Dominus, Marci ultimo : *Super agros manus imponet, et benè habebunt.* — *Et implearis Spiritu sancto,* ad baptismum referendum est. Propter duo enim missus erat ad Saulum Ananias, nempe ut visum reciperet, quod per manuum impositionem factum est, et ut impleteret Spiritu sancto, quod baptismo ei collatum est. Nam et ipse Ananias, ut habetur cap. 22, postquam per impositionem manuum Saulo visum restitisset, dixit ei : *Surge, et baptizare, et abluere peccata tua.* Non ergo ita adhuc Spiritum sanctum acceperat Saulus, ut opinione Ananie baptismo ad albuenda peccata non egeret. (Estius.)

VERS. 19. — *Confortatus est.* Nam debilitatus erat ex itinere, ex metu et tristitiâ, ex triduo jejuniis, et

*rum scandalam ipsi, et postea in ore suo complacuit, Paulo accommodans : Persecutor, inquit, erat Saulus, postea in ore suo complacuit, quando per synagogas nuntiavit quoniam hic est Christus. Hæc Basilios.*

VERS. 25. — *CUM AUTEM IMPLERENTUS ES MULTI.* Nempe mox à jam dictis apostolatus sui rudimentis profectus est in Arabiam, ut narrat ad Galat. 1, et iterum reversus est Damascus; quâ in itinere multos dies collocare oportuit, uti in Arabiâ non magna traxisset moram. In reditu itaque Sauli ex Arabiâ, cum intermissa Damasci resumpsisset, gesta sunt quæ hic subjiciuntur.

VERS. 25. — *PER MURUM DIMISERUNT EUM, SUBMITTENTES IN SPORTA.* Narrat eadem Paulus, 2 Cor. 12, et concludit : *Et sic evasi manus ejus.* Ex quo concludit Athanas., contra Tertullianum, fugam in persecutione esse licitam. Vide etiam supra, c. 8, v. 1.

VERS. 27. — *BARNABAS AUTEM APPREHENSUM ILLUM DUXIT AD APOSTOLOS.* Neque enim, ait Tertull., de Prescript., c. 25, si ipse Paulus se apostolum de persecutore profectur, sufficit nunciisque examinât credere volenti, quando ne Dominus ipse de se dixerit testimonium. Itaque à Barnabâ ad apostolos ductus est Paulus, qui extraordinariè conversus et eductus, etiam absque ordinariâ commissione cœperat predicare, ne aliam, inquit Tertull., Evangelii formam putaretur superducere, contra eam quam præmiserat Petrus, et cæteri. Ita Tertull.

VERS. 29. — *LOQUEBATUR QUOQUE GENTIBUS, ET DISPUTABAT CUM GRÆCIS.* Illud, *gentibus*, non habetur in Græcæ, nec Syriacæ. Et in Syr. pro eo quod sequitur, *cum Græcis legitur, Judæis qui sciebant Græcæ.* Verum, quia Vulgatæ editionis auctoritas defendenda est, sic intellige : *Loquebatur gentibus;* Christi scilicet religionem à longè hæc ratione insinuas, quod disputandum illi erat cum Græcis, eorum objectiones refellendo. Et hoc semper licet, idcirco etiam licuit ante tempus, quo apostoli solemniter converterentur ad gentes.

dinturna oratione.

*Per dies alioq.* Quibus diebus Christum predicavit; nam post baptismum statim predicare aggressus est. Ex quo patet Paulum illo triduo quo cæcus mansit à Christo fuisse eductum, et accepisse scientiam infusam, et intelligentiam Scripturarum de Christo; illic enim cepit eum predicare et cum Judæis doctissimis disputare, eosque convincere.

VERS. 29. — *Et continuo ingressus.* Ex hoc patet quod doctrinam evangelicam non habuit ab homine, sed à Deo, sicut ipse dicit. Gal. 2. *Quoniam, quod.* (Lyranus.)

VERS. 21. — *Expegebatur, opprebatur.* In Græco est, qui grassabatur, qui vastabat, qui populabat.

VERS. 23. — *Confundebat Judæos.* Vir argumentorum eos agdens, unde se expedit non possent, sed perplexi et pudetifici tacere cogenter.

VERS. 24. — *Austodiebant autem et portas.* Persuaserant enim Judæi Arotæ regi Damasci, Saulum esse proditorem et exploratorem.

VERS. 25. — *Sporta.* Vas est ex juncea, sive scirpis contextum.

VERS. 26. — *Discipulis,* id est, Christianis.

VERS. 27. — *Fiduciatior egerit,* magnâ fiducia et fortitudine in synagogis Judæorum docuisset, et predicasset Jesum esse verum Messiam.

*In nomine Jesu.* Pro, nomen Jesu; est Hebraismus.

VERS. 51. — ECCLESIA QUIDEM PER TOTAM JUDÆAM ET GALILÆAM, ET SAMARIAM HABEBAT PACEM. Saulo scilicet præcipuo persecutionis incensore ad Christum jam converso. ET ÆDIFICABATUR AMBULANS IN TIMORE DOMINI. Ut pote timor est omnibus necessarius, quia plenus disciplina; et, ut Ambros. loquitur, serm. 5, non mutat ad lapsum, sed basis est totius sanctæ conversationis. Addit Oecumenius : Dicitur est Lucas, quod descendit inde Petrus. Ne ergo id nimii terroris esse arbitreris, prædicit quòd Ecclesiæ pacem fruebantur. Hec Oecumenius.

VERS. 52. — FACTUM EST AUTEM, UT PETRUS, DEM TRANSIRET UNIVERSOS, DEVENIRET AD SANTOS, QUI HABITABANT LYDDE. Ex eo quòd dicitur Petrus pertransisse universos, et devenisse ad sanctos, qui erant Lydda, quo nomine non nisi fideles intelliguntur, multi non male colligunt Petrum hic officium pastoris præcipui et universalis exercuisse. Illud constat, quòd Basil. Morat. reg. 70, c. 42, dicit illum qui aliorum in Ecclesiâ curam suscepit, vicos omnes et civitates sue curæ commissas debere invisere. Et approbativè Ecclesiæ usus.

VERS. 54. — ÆNEA, SANAT TE DOMINUS JESUS CHRÏSTUS; SURGE ET STERNE TIBI. Sic Sixtina Biblia legitur in presenti, sanat. Et rectè, nam imperat mox Petrus divinitus curato, exercere scilicet instantaneæ curationis effectum, dicens : Surge, et sterne tibi.

VERS. 56. — TABITHA, QUÆ INTERPRETATA DICTUR DORCAS. Dorcas, inquit Ambros., serm. 6, à videndo

VERS. 28. — Intrans et extiens. Familiariter, jugiter, et ubique commanens, et conversans.

VERS. 29. — Cum Græcis, Judæis in Græciâ natis.

VERS. 36. — Casaream, quæ à Philippo Tetrarchâ cognominata est Philippi.

Tarsum, quæ erat Sauli patria, supra, v. 11.

VERS. 52. — Ad sanctos, ut supra, v. 15. Olim omnes Christiani vocabantur sancti, quia vocati ad sanctitatem, sanctificati in baptismo, et sanctè plerique vivebant.

Lydda. Civitas erat ad mare, sita inter Joppen et Jerusalem, una ex undecim Judææ toparchiis.

VERS. 55. — Invenit autem. Exprimitur autem nomen ejus ad majorem historiæ certificationem. Ab ænis octo. Et sic ex infirmitatis diuturnitate et ejus incurabilitate sequens curatio subita, mirabilior declaratur.

(Lyranus.)

VERS. 54. — Sterne tibi. Jubet parare lectum non ad reconvalescendum, sed ad exportandum, ut cum Christus dixit paralytico : Tolle grabatam tuam et ambula.

VERS. 55. — Saron. Saron, et Lasaron, Græcè, Assaron, mons est, et urbs, cujus mentio

## CAPUT X.

1. Vir autem quidam erat in Cesareâ, nomine Cornelius, centurio cohortis que dicitur Italica,

2. Religiosus, ac timens Deum cum omni domo suâ, faciens elemosynas multas plebi, et deprecans Deum semper.

3. Is vidit in visu manifestè, quasi horâ diei nonâ, angelum Dei introentem ad se, et dicentem sibi : Cornelie.

4. At ille intuens eum, timore correptus, dixit : Quid est, Domine ? Dixit autem illi : Orationes tue et

dicitur. Dorcadum enim visus aculeus est ; estque dorcas idem animal quod Damula sive caprea, de quâ Proverb. 6, v. 5 : Erucæ quasi damula, ut scilicet ad modum damule retia aspectus vivacitate declinet, ait idem 6 Hexam., c. 8.

VERS. 59. — EXSURGENS AUTEM PETRUS VENIT CUM ILLIS. Impigrè, inquit Cyprian., de Opere et Elemos., pro apostolicâ humanitate. Et vide successum. CIRCUMSTETERENT ILLUM OMNES VIDERE ELENTE, ET OSTENDENTES EI TUNICAS ET VESTES, QUAS FAGIEBAT ILLIS DORCAS. Pro defunctâ non tam vocibus quàm ipsis operibus orabant, inquit Cyprian allegato loco. Quibus attentis, ait idem, sensit Petrus impetrari posse quod petebatur, nec defuturum Christi auxilium viduis deprecantibus, in quibus fuerat ipse vestitus. Hec Cyprian.

VERS. 45. — UT DIES MULTOS MORABERUR IN JOPPE, APUD SIMONEM QUENDAM CORIANETH. Hæc Basil., hom. 26 : Si disciplinæ nostre duces inquisieris, invenies piscatores et publicanos ; si discipulos, corianos ; nam quam splendor vitæ. Ita Basilis. Tandem tamen splendor successibus Petri accessit. De quo Bernard., 4 de Considerat. ad Eugenium Papam : Petrus, inquit, nescitur aliquando incessivè fuit gemmis ornatus, vel sericis. In his, ô Eugeni, successisti, non Petro, sed Constantino. Consulito toleranda pro tempore, non affectanda pro debito. Hæc Bernard. Ubi cum dicit, pro tempore, dubites sensus sit, usque ad tempus correctionis, an verò hoc tolerandum, quia id hoc tempore in more sit.

Josue 12. 18. Inde tota regio campestris, quæ à Casarea Palæstina, usque ad Joppen protenditur, dicitur Saron, estque fertilissima, et saginansis peccibus ibonæ.

VERS. 56. — In Joppe. Est oppidum, et portus ad mare Mediterraneum in tribu Dan, ex D. Hieronymo. Hodie appellatur, Jaffa, vel Zaffa.

Discipula, id est, Christiana.

Tabitha. Vox-Syro Hebrea.

VERS. 57. — In cenaculo, in altiore et ampliore domûs parte.

VERS. 58. — Ne pigritæris, ne graveris hic venire. Italicè dicimus : Non vi rineresca di venire.

VERS. 40. — Ejecit omnes, ut Deum secretis et efficacibus oraret.

VERS. 41. — Exerit, in pedes.

Sancitos. Christianos fideles.

Assignavit, stetit, et exhibuit eam vivam.

VERS. 42. — Crediturum, videntes virtutem Christi in hoc facto.

VERS. 45. Corianorum. Bopertz, apud Græcos sunt qui coria macerant, vel concinant, ut inde calci, coracæ, thoracæ, et alia hujusmodi fieri possint.

## CHAPITRE X.

1. Il y avait à Césarée un homme nommé Cornèlle, qui était centenier dans une cohorte de la légion appelée Italienne.

2. Il était religieux et craignant Dieu avec toute sa famille ; il faisait beaucoup d'aumônes au peuple, et il priait Dieu incessamment.

3. Cet homme, vers la neuvième heure du jour, vit clairement dans une vision un ange de Dieu, qui se présenta devant lui, et lui dit : Cornèlle.

4. Lui, regardant l'ange, et saisi de frayeur, répondit : Qu'y a-t-il, Seigneur ? Vos prières, lui dit l'ange

elemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.

5. Et nunc mitte viros in Joppen, et accersi Simonem quemdam, qui cognominatur Petrus ;

6. Hic hospitatur apud Simonem quemdam corianum, cujus est domus juxta mare ; hic dicit tibi quid te oporteat facere.

7. Et cum discessisset angelus qui loquebatur illi, vocavit duos domesticos suos, et militem metuentem Dominum, ex his qui illi parebant.

8. Quibus cum narrasset omnia, misit illos in Joppen.

9. Postera autem die, iter illis facientibus, et appropinquantibus civitati, ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam.

10. Et cum esuriret, voluit gustare ; parantibus autem illis, cecidit super eum mentis excessus :

11. Et vidit cælum apertum, et descendens vas quoddam velut linteam magnum, quatuor initiis submitti de cælo in terram,

12. In quo erant omnia quadrupedia, et serpentina terræ, et volatilia cœli.

13. Et facta est vox ad eum : Surge, Petre, occide et manduca.

14. Ait autem Petrus : Absit, Domine, quia nunquam manducavi omne commune et immundum.

15. Et vox iterum secunda ad eum : Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris.

16. Hoc autem factum est per ter, et statim receptum est vas in cælum.

17. Et dum intra se hesitaret Petrus, quidnam esset visio quam vidisset, ecce viri qui missi erant à Cornelio, inquirentes domum Simonis, astiterunt ad januam.

18. Et cum vocassent, interrogabant si Simon qui cognominatur Petrus, illic haberet hospitium.

19. Petro autem cogitante de visione, dixit Spiritus ei : Ecce viri tres querunt te.

20. Surge itaque, descende, et vade cum eis nihil dubitans, quia ego misi illos.

21. Descendens autem Petrus ad viros, dixit : Ecce ego sum quem queritis : quæ causa est propter quam venitis ?

22. Qui dixerunt : Cornelius centurio, vir justus, et timens Deum, et testimonium habens ab universâ gente Judaeorum, responsum accepit ab angelo sancto, accersire te in domum suam, et audire verba abs te.

23. Introducens ergo eos, recipit hospitio. Sequenti autem die, surgens profectus est cum illis ; et quidam ex fratribus ab Joppe comitati sunt eum.

24. Altera autem die introivit Cesaream. Cornelius verò expectabat illos, convocatis cognatis suis, et necessariis amicis.

25. Et factum est cum introisset Petrus, obvius venit ei Cornelius ; et proclatus ad pedes ejus, adoravit.

26. Petrus verò elevavit eum dicens : Surge, et ego ipse homo sum.

et vos aumônes sont montées devant Dieu, et l'ont fait souvenir de vous.

5. Envoyez donc présentement à Joppé, et faites venir un certain Simon surnommé Pierre.

6. Il est logé chez un nommé Simon, corroyeur, dont la maison est proche de la mer ; c'est lui qui vous dira ce qu'il faut que vous fassiez.

7. Dès que l'ange qui lui parlait se fut retiré, il appela deux de ses domestiques, et un soldat craignant Dieu, du nombre de ceux qu'il commandait ;

8. Et leur ayant dit tout ce qui lui était arrivé, il les envoya à Joppé.

9. Le lendemain, lorsqu'ils étaient en chemin, et qu'ils s'approchaient de la ville, Pierre monta sur le haut de la maison vers la sixième heure pour prier.

10. Et ayant faim, il voulut manger ; mais pendant qu'on lui apprêtait à manger, il lui survint un ravissement d'esprit ;

11. Et il vit le ciel ouvert, et comme une grande nappe suspendue par les quatre coins, qui descendait du ciel en terre,

12. Où il y avait toutes sortes d'animaux à quatre pieds, des reptiles de la terre, et des oiseaux du ciel.

13. Et il entendit une voix qui lui dit : Leve-toi, Pierre ; tuez et mangez.

14. Mais Pierre répondit : Je n'ai garde, Seigneur, car je n'ai jamais rien mangé qui fût impur ou immonde.

15. Et la voix lui parlant encore une seconde fois, lui dit : N'appelle pas impur ce que Dieu a purifié.

16. Cela s'étant fait par trois fois, la nappe fut retirée dans le ciel.

17. Comme Pierre était en peine en lui-même de ce que pouvait signifier la vision qu'il avait eue, les hommes envoyés par Cornèlle s'étant enquis de la maison de Simon, se présentèrent à la porte.

18. Et ayant appelé quelqu'un, ils demandèrent si ce n'était pas là que Simon, surnommé Pierre, était logé.

19. Cependant, comme Pierre pensait à la vision qu'il avait eue, l'Esprit lui dit : Voilà trois hommes qui vous demandent.

20. Levez-vous donc, descendez et ne faites point de difficulté d'aller avec eux, car c'est moi qui les ai envoyés.

21. Aussitôt Pierre descendit vers ces hommes, et leur dit : Me voici ; je suis celui que vous cherchez. Quel est le sujet qui vous a fait venir ici ?

22. Ils lui répondirent : Cornèlle, contenier, homme juste et craignant Dieu, selon le témoignage que lui rend toute la nation Juive, a été averti par un saint ange de vous faire venir chez lui, et d'écouter ce que vous auriex à lui dire.

23. Pierre donc les fit entrer, et les logea ; et le lendemain, il partit avec eux, ayant pris avec lui quelques-uns des frères de la ville de Joppé, qui l'accompagnaient.

24. Le jour d'après, ils arrivèrent à Césarée, où Cornèlle les attendait avec ses parents et ses plus intimes amis, qu'il avait assemblés chez lui.

25. Lorsque Pierre était près d'entrer, Cornèlle alla au-devant de lui ; et se jetant à ses pieds, il l'adora.

26. Mais Pierre le releva, lui disant : Levez-vous ; je ne suis qu'un homme non plus que vous.